

1625 die 8 xbris

Ex Ms. Arch. Stan. Aug. Regis

389

Litera Ducis Tharavien; Castellane, Kracovien,  
ad Principem Transylvania scripta Cra-  
coviæ 8 Decembris 1623.

Serenissime Princeps.

Tabellanus S. V. heri nobis suas adtulit literas,  
quibus significat, <sup>inter</sup> Casaream magistratem et S. V.  
inducias ad certum tempus pactas esse. Grata  
nobis fuit quamvis breviscula ea suspensio  
armorum, quippe non solum dolendum, sed  
summopere ingemiscendum, offensas inter  
Christianos Principes armis Turcarum Tar-  
tarorumque vocatis dirimi, iisdemque sanguinem  
Christianorum, non sine summo Barbarorū  
risu et solatio ad Nauseam fundi. Rem vix ali-  
quando auditam, per se abominabilem, et res vix  
quo ingenio Orbi Christiano excusandam, ad quæ  
tanta sanguinis Christiani profusio, tantas eius-  
dem nominis nostrorū hominum ab auxiliariis  
copiis S. V. in servitutem concitus defertur.  
Subeat S. V. exemplum, quo Principatus Tran-  
sylvaniæ in potestatem Turcarū devenit, regni  
que Hungariæ vix non extremus iam casus  
unde principia habuerit, facile hic socius poten-  
tior ad cuius rem iuvandam flectit omnia utri-  
usque partis fractis viribus evasurus. Verse-  
tur ob oculos extremi illius diei horror, quo omnes  
etiam ii, qui quodam modo invicti sibi videntur fortu-  
neque lubricam fidem sequuntur, coram supre-  
mo monarcha apud quem cuncta mortalium iudi-  
cio sunt rationem formidabilem sibi redditura

Hopenyiski.



et quibus argumentis effusus Christianus sanguis  
barbarorum gladio, totque hominum in calenas con-  
iectorum damnatorumque catena expiabitur. Scito-  
rum quod ad pacem tranquillitatemque Regni par-  
tiumque Hungariae cum Regno Poloniae attinet, ea  
hucusque servatur servabiturque nullaque arma con-  
tra fœdus antiquum infensa hinc imminere suo.  
modo S. V. eandem ab omnibus partibus pre-  
stare velit, eaque eo animo a nobis accipiat, quo  
studium rei Christianae cui etiam vitam debe-  
mus scribere nos iussit. Interim nos nostra-  
que studia S. V. commendamus.